

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Septima Quæstio. Quærunt hic insuper docto. quia iste tex. dicit Clericos esse compescendos à fuis criminibus, qua pœna hoc faciet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

SEPTIMA QUÆSTIO.

Quærunt hic insuper docto. quia
iste tex. dicit Clericos esse
compescendos à suis criminib-
bus , qua pœna hoc faciet.

PAULUS hic relatus à Franc. dicit , quod per de-
positionem si sunt multum enormia , cum in ta-
libus non dispensem Episcopus , ut no. *Inno. cap. 1^o*
de corpo. 6. & Spe. tit. 1. §. nunc de Episcoporum.
vers. 10 de quo per Paulum de Castro consi. 69.

A D D E.

*Clericus pro nullo crimine deponi potest , ne si
de jure id sit expressum Decius in cap. At si Cle-
ri ci de judicij , elegans textus in cap. Tuæ de
pœnis ibi permagnis sceleribus. Abbas in cap. fi-
nal. de celeb. missarum , vide Bernardinum, Dia^z
in praxi canonica. cap. 138. Potest etiam Cleri-
cus in exilium mitti , ut per hoc tollatur occasio
delinquendi. Loci enim mutatio mutat plerun-
que mentis affectum , & locus ubi quisque pravè
vixit , suggestit sape menti , quid ibi gesserit
textus pulcherrimus in cap. Valer. 81. distinctio.
Dias in praxi criminali cap. 137. Mattheus
Boys Doctor.*

In

REPETIT. CLE M. I.

In aliis autem casibus , an judex Ecclesiasticus possit imponere pœnam pæcuniariam. Dic post Sicul. in cap. licet. de pœnis quod aut quæritur nunquid judex Ecclesiasticus possit imponere pœnam pæcuniariam multando , aut pœnam diffinitivè imponendo.

III. Primo casu dicendum est quod sic , si illa magis timetur. ar. in cap. de cau. de offic. de le. & in l. unica. si quis jus dicen. non obtemperaverit. & no. Io. An. post Hosti. in præalle. cap. de homici. li. 6. & sentit. glo, in præalleg. cap. licet de pœn. quia pœna non est certa pro cunctumacia arcenda. Unde potest imponere , prout sibi videtur : ut in dicto cap. de causis. no. in l. i. C. de mo. multa. & in l. & in militis. C. de appell. & in di. l. i. si quis jus dicentio. & in l. aliquid est , & in l. si qua pœna ff. de verb. sign. quæ multa in opere causa remitti poterit secundum Bar. in l. i. alle. per l. illicitas in si. ff. de offic. præsi. & Bart. in 2. C. de sen. & interlo. om. judic. nec exigi potest , licet postea factus sit locuples , ut ibi & Ioa. Andr, & Fran, in cap. auctoritate de instit. licet secus sit in pœna secundum Bart, ubi supra. & Bald in l. acceptam 24. q. C. de usuris , & hanc multam potest Officialis deputare pro fabrica palacii secundum Bartol. in l. multarum. C. de mo. multa.

j. Secundo casu principali quando vult imponere diffiniendo , aut subest statutum sive consuetudo , ut pro quolibet delicto imponatur pœna pæcuniaria & non valet , quia ex illo insurgit dissolutio , nullam enim delinquens pertimescit culpam quam sperat nummis redimere : ut dicit tex. in cap. pauper. ii. q. 3. & hoc tenuerunt Io, An, & Hosti, in cap. si. de consti. & in cap. 2. de delic. pue. *Cert. pfansd. goss. summaris. lzeq. n. 27*

Aut subest statutum quod ultra pœnam juris impo-
natur pœna pæcuniaria , & valet, dummodo
non procedat ex cupiditatis radice , potest
enim Episcopus Canonem , adjuvando , no-
vam

DE OFFIC. ORDI. 155

Vain pœnam imponere , ut Cle. ne Romani de elec.
Et Ioa. Andr. in cap: final. de offic. Archiepisc.

Aut non subest statutum seu consuetudo , & tunc aut extra judicium prælatus vult exigere pecuniam pro delicto , & non potest , quia certi sūt modi in jure statuti procedendi contra delinquentes , & ita forte faciebant Archidiaconi in præalle. cap. licet. quia ex ira judicium & sine causa cognitione exigebant pecuniam pro delicto commisso , sustinebant criminosos in delictis recepta pecunia .

Aut vult judex procedere judicialiter , & tunc si certa poena non est imposta , potest pecuniariā pœnam imponere , si illa magis timetur : ut in glo. dicti. cap. licet. Si verò est certa poena statuta , & tunc si cum causæ cognitione velit illam temperare pronunciando , potest per jura superius alleg. de quo per Bart. in l. quid ergo §. poena gravior ff. de his qui no. infa. Et per Salice in l. Et si severior C. de infa. per Ioan fa. instit. de pœnate. luis in prin.

Nam hoc videtur concessum cuicunque judici cognoscenti de crimine , ut ex causa possit tem- ij perare pœnam : de quo per Ludo. consi. suo. 429 Sed illud verum dum pronunciat : quia postquam pronunciaverit , hoc non potest , ut 2. q. 3. §. notandum Et in l. 1. ff. ad purpil. nisi possit super tali crimine dispensare , ut in d. cap. at si Clerici . nec in talibus valet compostio , quoniam Episcopus inquirat no 5. q. 4. ca. si primates secundum lo. de Imo hic post Paul. unde etiam Paul. de Castro. in præalleg. consil. 119 ubi per eum an Officia lis pœnam depositionis vel privationis be-

156 REPETITIO CLEM. 1:
beneficiorum possit in pœnam pecuniariam com-
mutare.

A D D E.

Judex ex justa caussa temperat pœnam. Min-
sing obs. 30. cent. 2. & observat. 54 Vivius in
com opinio. verbo judex ubique 165. Sed
causa exprimenda est. Vide Menoch in arbitra-
rijs quest 84. & 96. Kirchovius in commu. opin.
verbo Judex. Vivius supra exprimit caussas mu-
tationis pœnae. Idem Tiraquellus latissime in suo
tract de pœnis.

Postquam vero Judex sententiam tulerit, jam
amplius neque pœnam neque infamiam remitte-
re vel mutare potest inscio Principe, cui id solum
debetur, immo nec judex pœnam mutare posset e-
tiam ratione innocentia postea repertæ. elegan-
ter hæc D. Marquardus, Freherus in doctissimo
suo tractatu de existimatione lib. 3. cap. 7. nu,
final. cui illud addendum, quod si quis in ex-
iliū sit missus, solus Princeps & non aliis licen-
tiā dat revertendi. Bart. in l. Relegandi de pœ-
nis. ubi addit quemlibet etiam judicem hanc li-
centiam ex justa caussa dare posse. Vide practicā
Bernardi Dias cap. 137 Mattheus Boyß. Doctor.

Cui autem applicetur hujusmodi pœna pecu-
niaria, vide Barto. in l. agraria ff. de termo. per I-
mol. in rubrica de publi. judi. per Sicul. in rubrica de
judi. Angel. in l. si. quod ff. de juris. om. iudi. Bald.

5

& docto. in l. si Ecclesia. C. de Epis. & Clero. late
per Salice. in dicta l. multarum.

Adverte tamen, quod ubi in jure pœna non est ex-
pressa: consuetudinaria debet imponi, & si excedit
consuetam pœnam, dicitur excedere modum. ad quod
tex. junctaglo. in l. hodie. ff. de pœnis. & in præalleg. l.
quid ergo s. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. pœ-
na enim apponi consueta dicitur ordinaria. Bart. in l.
si. n. ff. de priva. delict. Sed consuetudine cessante ver-
nit arbitria, secundum Sicul. in præalleg. cap. licet.

A D D E

*De pœne commutatione in corporalem latissi-
mè Menochius casu arb. 447. Matthæus Boyß D.*

Ex præmissis itaque concludi potest, quod in non
enormibus excessibus potest prælatus compescere per
pœnam pecuniariam, ut not. 18. distin. cap. quoniam
23. distin. c. quanquam 23. q. 5. cap. circumcelliones. ubi
patet, quod etiam potest verberibus subijcere. ad hoc
præalle. cap. licet. 45. distin. cap. cum bensus 23. q. 5.
cap. si vos. 5. qu. 1. cap. 1. potest etiam in exilium mittere.
de judi. cap. cum non ab homine, de calum. cap. 1. in
fin. l. distin. cap. accedens, de pœnis. cap. felicis lib. 6

A D D E

*De fustigatione & verberatione Clericorum
tradit Bernardus Dias in praxi canonica. cap.
136. de verberatione, ubi Ignatius Lopes, addit
ex practica Milei & Iulio Claro. qu. 70. n. 2. in
criminal. in Francia, & in Dominio Medioli-
ensi, hodie non amplius verberari nec fustiga-*

158 REPETIT. CLE M. 1.

ri Clericos, quod etiam in exilium mitti possint,
ibidem tradit D^rias cap. 137. Mattheus Boyß D.

Veruntamen no. Sicut. in cap. irrefragabili. §. oate-
rum de offi. ordina. quod prælati de facili in correctio-
ne excessuum non debent imponere pœnam pecunia-
riam. Oritur enim ex hoc contra eos præsumptio, quod
correctionem faciant, non propter Deum, sed propter
quæstum pecuniæ.

iii Nec etiam istam pœnam pecuniariam convertere de-
bent in utilitatem propriam, sed in pios usus, nisi evi-
denter indigeant, & si intelligitur. cap. dilectus eod.
tit. idem Bald. in l. 2. in princi. C. de Episco. audien.
& in authen. bona damnatorum. C. de bonis præscript.
ubi dicit quod Episcopus deberet applicare pœnas
fisco Romanæ Ecclesiæ: quia sicut voluit idem Bald.
super rubrica. C. de privileg. fisci. Episcopus non ha-
bet fiscum, de consuetudine tamen servatur contra-
rium fa. quod in simili. not. in l. 3. C. de modo mult.
ubi dicitur quod judex pecuniariam pœnam potest ap-
plicare ad opera publica, puta refectionem murorum,
pontium & similium, & si specialiter non deputat ad
opera publica, sed simpliciter multat seu condemnat,
commodum applicatur fisco & non judici, ita not. dicit
ella l. vide ad materiam quod not. Ioan. And. post Ho-
stien. in alleg. cap. 1. de homi. lib. 6. ubi dicit, quod
Prælatus potest multare & disponere, ut præmissum
est, & vide per Sicul. præall. cap. licet, de pœnis.

OCTAU A Q UÆSTI O.
Occasione præmissorum queritur
an Clericus pro qualibet gravi
crimine veniat deponendus.

Et